

go et deus christus et hominem esse credamus: cui a patre subijciuntur inimici: non per infirmitatem potestatis sue: sed per unitatem nature: quia in altero alter operatur. nam et filius subijcit inimicos patri: quia patre clarificat super terram. **THEO.** Querit et ipse: et mota dubitatione sunt illos colligere quid sequatur. unde subdit: David ergo dominum illud vocat et quoniam filius eius est. **CHRY.** David quidem pater christi et servus: hoc quidem finem carnem: illud secundum spiritum. **CIRYL.** Et nos ergo novis phariseis qui nec verum dei filium: neque deum esse fatentur: natum ex sacra virgine: sed dividunt unum filium in duos: tale obiciemus questionem: quo pacto filius david omnis est? et non humano domino: sed divino.

Audiente autem omni populo dixit discipulis suis: Attēdite a scribis qui volunt ambulare in stolis: et amant salutationes in foro: et primas cathedras in synagogis: et primos discubitus in convivis. Qui deo rant domos viduarum: simulantes longam orationem. Hi accipient damnationem maiorem.

CHRY. Nihil autem fortius quam ex prophetis disputare. hoc enim est et ipsis rebus validius: nam christo faciem miracula contradicebant multoties. cum vero allegavit prophetiam tacuerunt: quia non habebant quid dicerent. **Eis autem tacentibus** contra eos invehitur. unde dicitur: Audite autem omni populo dixit discipulis suis. **THEO.** Quia enim eos ovis doctores mittebat: merito monet non esse eis imitanda phariseorum ambitionem. unde sequitur: Attēdite a scribis qui volunt ambulare in stolis. **BEDA.** Cultu et vestimentis induit ad publicum procedere: in quo iter cetera divites peccasse describit. **CIRYL.** Passiones autem erant scribarum: amor glorie inanis et lucris. ut igitur pessima crimina eustarent discipuli: commonet eos subdicens: Et amant salutationes in foro. **THEO.** Quod est a blandientibus venantibus opinionem fame. vel agunt hoc causa commegredere pecunie. Sequitur: Et primas cathedras in synagoga et primos discubitus in convivis. **BEDA.** Non primos sedere vel discubere vetat eos quibus hoc officii ordine cōpetit: sed eos qui hoc indebitum amant docet esse cavendos: animum vel gradum redarguens: quāvis et hoc culpa non crearet. si iudei in foro litibus velint interesse: quod in synagoga magistri desiderant appellari. Duplici autem ratione a vane glorie cupiditate attendere iubemur: ne vel eorum simulatione decamur estimantes bona esse que faciunt: vel emulatione inflammemur: frustra gaudentes in bonis laudari que simulant. Non solum autem laudes ab hominibus sed et pecunias querunt. Sequitur. n. Qui deo rant domos viduarum simulantes longam orationem. **Iustos.** n. et magni meriti apud deum se simulantes. ab infirmis et peccatorum suorum conscientia turbatis. quia patroni pro eis in iudicio futuri: pecunias accipere non dubitant. **CHRY.** Ingurgitantes et se viduarum bonis paupertate atterunt non qualitercumque comedentes: sed deo rantes et ad pravitatem oratione vitantes: quod graviori pena facit eos obnoxios. unde sequitur: Hi accipient maiorem damnationem. **THEO.** Quia non solum mala faciunt sed et orationes pretendunt: et virtutem faciunt pravitatis excusationem. Viduas et de pauperant quarum oportebat misereri: dum ob sui presentiam eas cogunt exponere. **BEDA.** Vel quia laudes ab hominibus et pecunias quia maiorem damnationem plectuntur. **CA. XXI.**

Respiciens autem vidit eos qui mittebant munera sua in gazophylatium divites. Vidit autem et quandam viduam pauperulam mittentem era minuta duo. Et dixit: Vere dico vobis: quia vidua hec pauper plusquam omnes misit. Nam omnes

hi ex abundantia sibi miserunt in munera dei: hec autem ex eo quod deest illi omnem victum suum quem habuit misit.

GLO. Postquam dominus redarguit scribarum avaritiam: qui domos viduarum deuo rant: commendat vidue elemosynam. unde dicitur: Respiciens autem vidit eos qui mittebant munera sua in gazophylatium divites. **BEDA.** Quia sermone greco philaxe servare dicitur: et gaza ligna persica: divitie vocantur: gazophylatium locum appellari solet quo divitie servantur. Erat autem archa foramen habens desuper posita iuxta altare ad dextram ingredientibus domum domini in quam mittebant sacerdotes qui custodiebant ostia omnes pecunias que deferrebantur ad templum domini. domini autem sic operantes in domo sua discutit: ita et dona ferentes respicit: et quem dignum viderit laudat: quem reprobum donat. unde sequitur: Vidit autem et quandam viduam pauperulam mittentem era minuta duo. **CIRYL.** Duos obolos offerbat quos cum sudoribus ad diurnum victum acquirerat vel que quotidie per aliena poscit suffragia deo donat ostendens ei suam paupertatem fructiferam. vincit igitur alios et iusta censura coronatur a deo. unde sequitur: Et ait illis: Vere dico vobis: quia vidua hec pauper plusquam omnes misit.

BEDA. Acceptabile. nam deo quicquid bono animo obulerimus: qui cor et non substantiam pensat: nec perperdit quantum in eius sacrificio: sed ex quanto proferatur. unde sequitur: Nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt in munera dei. hec autem ex eo quod illi deest: omnem victum quem habuit misit. **CHRY.** Non enim paucitatem oblati: sed copiam affectum intuitus est deus. Non est elemosyna ex pluribus paucis ipedere: sed illud vidue que tota sibi evacuavit substantiam. quod si nequis tamen offerre sicut et vidua: offerre saltem totum superfluum. **BEDA.** Mystice autem divites qui in gazophylatium munera mittebant: significant iudeos de iusticia legis elatos: vidua pauper ecclesie simplicitate que pauperula vocatur: quia vel superbie spiritum vel peccata tantum mundi divitias abiecit: vidua vero quia vir eius pro causa mortis pertulit. hec in gazophylatium duo era minuta mittit: quia in conspectu dei apud quem nostri operis oblationes conservantur: munera sua deservit siue dilectionem dei et proximi: siue fidei et orationis que cunctis superbiorum iudeorum operibus prestant. Ex abundantia enim in munera dei imittunt iudei qui de iustitia sua presumunt. Ecclesia autem omnem victum suum mittit: quia omne quod vivit: dei esse muneris intelligit. **THEO.** Vel vidua potest intelligi quilibet anima: obata quasi primo viro pristina lege: et non digna copule verbi dei: que loco arre offert deo fidei et conscientia bona: plus videtur offerre divitiis in sermone: et superfluentibus moralibus gentiliu virtutibus.

Et quibusdam dicentibus de templo quod lapidibus bonis et donis exornatum esset dixit: Hec que videtis venient dies: in quibus non relinquet lapis super lapidem qui non destruetur. Interrogaverunt autem illum dicentes: Preceptorum: Qui hec erunt: et quod signum cum fieri incipient. Qui dixit: Videte ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo dicentes quia ego sum et tempus appropinquabit. Nolite ergo ire post illos.

EVSE. Quod spectanda forent. que pertinebant ad templi structuram manifestant hystorie: et hucusque quedam conservantur reliquie: quibus percipiuntur que dudum erant fabricarum vestigia. Sed dominus mirantibus templi fabricas: permulcavit quod in eo lapis super lapidem non maneret. Dicitur enim: Et quibusdam dicentibus de templo quod lapidibus bonis et donis exornatum esset dixit: Hec que videtis venient dies in quibus non relinquet lapis super lapidem qui non destruetur. Decebat enim locum illum propter cultorum audaciam omnimodam

desolationē pati. **BEDA.** Divina ē dispensatio proci-
rauit: ut ciuitas ipsa et tēplū subuerteret: ne quis forte ad
huc paruulus in fide videns illa constare: dū sacrificioz
ritū attonitus superet: raperetur intuitu. **AM.** Verū igitur
dictū ē de tēplo manufacto qd cēt subuertendū. Nihil
enim ē manufactū: qd non aut vetustas conficiat: aut vis
subnat: aut ignis exurat. Tame ē et aliud tēplū. s. syna-
gogae cuius structura vetus: ecclesia surgente dissoluitur.
Et tēplū in vno quoqz qd deficiente fide labitur: et ma-
xime si quis falso christi noie obtendat: quo interiorē ex-
pugnet affectū. **CIRYL.** Nequa qd aut discipuli aduer-
terant vim dicto: sed arbitrabatur de cōsumatione se-
culi dictū ē. Et ideo querebāt quo tēpore deberent acci-
dere. vñ sequitur: Interrogauerunt aut illū dicentes: **P**rece-
proz: qñ hec erūt: et quod signū cū fieri incipient. **AM.**
Mattheus tertiā interrogationē addidit: ut et tēplū tēpo-
ra destrueret: et signū aduentū et cōsummatio seculi a disci-
pulis quereat. Interrogat aut dñs quando tēplū futura
ē destructio: et qd signū cēteius aduentū: de signis docet
de tēpore nō curat intimādū. Sequitur. n. Qui dixit vide-
te ne seducamini. **ATHA.** Cū. n. sint nobis a deo cha-
rismata et dogmata que sunt super hominē tradita. s. cele-
stis conuersationis forma: vñt contra demones: et ado-
ptio et noticia patris et verbi: et spū sancti donū: Aduer-
sus noster diabolus circuit: querēs nobis surripere insi-
ta semina verbi. Dñs autē tanqz sua p̄ciosa dona in no-
bis sua documēta cōcludens monet: ne seducamur. Ma-
gnū aut quoddā donū tribuit nobis dei verbū: ut nō so-
lū ex apparentibz nō decipiamur: sed et si qua latentia sint
discutiamus per spū gratiā. Cū enī sit odiosus diabo-
lus inuentor malicie: hoc quod ipse ē occultat: nomen ve-
ro cūctis cupit simul et callide: puta si quis subicere sibi
volēs filios alienos: parentibz absentibz fingat eozū vul-
tus: et filios desiderantes seducat. Ergo in vnaquaqz he-
resum diabolus figurat: dicit: Ego sum christus: et apud
me veritas ē. vñ sequitur: Multi enim venient in nomine
meo dicentes: qz ego sum: et tempus appropinquabit. **C**
IRYL. Ante suū enim descensū de celo. puenient aliqui:
quibz acquiescere non oportet. voluit. n. vñgentū verbū
dei cū venit ut mūdū saluaret latere: ut cruce suslineret p
nobis. Sed secundus eius aduentus non erit clāculo ut
ante: sed terribilis et manifestus. descendet enim in glo-
ria dei patris ministrantibz angelis ut mūdū in iusticia in-
dicet. vñde cōcludit: Nolite ergo ire post illos. **TY.** Ut
forsitan non dicit pseudo christos ante cōsummationē
venientes: sed eos qui fuere tēpore apostolorū. **BEDA.**
Multi enī imminēt hierosolymozū excidio principes ex-
titere: qui se dicerent cē christos: tēpusqz libertatis appro-
pinquare. Multi enī in ecclesia heresiarche diē dñi instare
predicauerunt: quos apostolus ad thessa. damnat. Multi
etiā in nomine christi venire antichristi. quozū primū ē si-
mon magus: cui dicebant: hic est virtus dei que vocatur
magna.

Cum autē audieritis prelia et seditiones: noli-
te terri. Oportet primū hec fieri: sed nondū sta-
tim finis. Tunc dicebat illis: Surgēt gens cōtra
gentē: et regnum aduersus regnum: et terremētus
magni erunt per loca et pestilentie et fames terro-
resqz de celo: et signa magna erunt.

GRE. in ho. Perituri mundi p̄currentia mala denun-
ciat dominū: ut eo minus perturbēt venientia: quo fuerit
p̄scita. Minus. n. lacula feriunt: q̄ p̄uidentur. vñ dicit:
Cū aut audieritis prelia et seditiones: nolite terri. Be-
la ad hostes pertinet: seditiones ad ciues. Ut ergo nos in-
dicet exterius interiusqz turbari: aliud nos fatetur ab ho-
stibz: aliud a fratribz perpeti. **AM.** Verbe zū aut cele-
stū nulli magis q̄ nostes sum: quos mūdū finis iue-

nir: quāta prelia: et quas op̄intones accepim? p̄dictio. n. m.
GRE. in ho. Sed his malis p̄currentibus qz nō sta-
tim finis sequat adiūgit: Oportet hec primū fieri. Ultima
enī tribulatio multis tribulatioibz p̄uenit: qz multa de-
bent mala p̄currere: ut malū valeant sine fine nunciare.
vñde sequit: Tunc dicebat illis: Surgēt gens cōtra gen-
tem: et regnum aduersus regnum. Quia necesse est ut alia
ex celo: alia ex terra: alia ab elementis: alia ab hominibz
patiāmur: h ergo signatur p̄turbatio hominū. Sequit
Et terremētus magni erunt per loca. Ecce respecta ire de
super. **CHRY.** Terremōt. n. qñqz ire signū ē nā et quā-
do crucifixus ē dominus: mota est terra. Quandoqz vo-
prouisionis indicū: sicut orantibz apostolis cōmor? lo-
cus in quo erat cōgregat. Sequit: Et pestilentie. **GRE.**
in ho. Ecce ineq̄litas corporoz. Et fames ecce sterilitas
terre. Terroresqz de celo: et signa magna erunt. ecce ineq̄-
tas aeris: qd ad eas tempestates referendū ē que nequā-
qz ordinem temporum seruant: que enim ordinate veniūt
signum non sunt. Omnia enim que ad vsum vite accipi-
mus: ad vsum conuertimus culpe. Sed cuncta q̄ ad vñqz
p̄uatiā in infleximus: ad vsum nobis vertunt vitionis.
AM. Occasum ergo seculi p̄cedunt quedam egritudi-
nes mundi. s. fames: pestilentia et persecutio. **THEO.**
Quidam autē hec non solū in cōsummatione futura: sed
et tēpore captionis hierusalem fuisse impleta voluerunt.
Auctore. nāqz pacis perēpio: merito in eis seditiones et
bella locū habuerūt. Ex bellis autē pestis et fames cōseq-
tur. hec quidem aere cadaueribz infecto: illa inculis ma-
nentibus agris. Sed et ioseph intolerabiles crīnas que
miserat ppter famem: et tēpore claudij cēsaris fames
inualuit: ut in actibz legitur: qz plurima terribilia contige-
runt captionis hierusalem indicantia: ut iosephus narrat.
CHRY. Dicit aut qz non statim finis ciuitatis euincit: ut
hierosolyma capiatur: sed post prelia multa. **BEDA.**
Admonentur et apostoli ne terreantur his p̄currentibz
ne hierosolyma iudeaqz deserant. Potest aut regnū cōtra
regnū: et pestilentia eozz quoz sermo serpit ut cancer: fa-
mes audiendi verbi dei: et cōmorio vniuersę terre: et ve-
ra fide separatio etiā in hereticis intelligi: qui contra sen-
uicem dimicantes: ecclesie victoriā faciunt. **AM.** Sunt
autē et a bella que vñ sustinet christianus: diuersarum
quoqz prelia cupiditātū studiozūqz conflictus. Multo
etiā grauiorē sunt domesticos hostes q̄ extranei.

Sed ante hec omnia iniiciunt vobis manus
suas: et persequentur: tradētes in synagogas et cu-
stodias: trabētes ad reges et p̄sides ppter nomē
meum. Continget aut nobis in testimoniu. Ponite
ergo in cordibus vestris non p̄meditari quē
admodū respondeatis. Ego. n. dabo vobis os et
sapientiam: cui non poterūt resistere et contradi-
cere oēs aduersarij vestri. Trademini autem a parē-
tibus et fratribz et cognatis et amicis: et morte
afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus homi-
nibus propter nomē meū. Et capillus de capite
vestro nō peribit. In patientia vestra possidebitis
animas vestras.

GRE. in ho. Quia cuncta que p̄dicta sunt non de
iniusticia ferientis sunt: sed de merito mundi patiēis: fa-
cta prauozū hominū p̄nunciātur cū dicitur: Sed ante
hec oia iniiciunt vobis manus suas: et persequentur: tra-
dētes in synagogas et custodias: trabētes ad reges et p̄-
sides propter nomē meū. Ac si dicat: Prius corda homi-
nū post elementa turbabuntur: ut cū rerum ordo confu-
ditur: ex qua tribulatione veniat demonstretur. Nā quā-
uis finis mundi ex ipso suo ordine pendeat: p̄uictio et
tamē quozqz inuictens: quia digne ruinis illorum oppo-
manur

matur innotescit. **CIRYL.** Uel hoc dicit: Quia priusquam a romanis hierusalem caperet: passi persecutiones a iudeis discipuli incarcerationati sunt: et presentati principibus. **M.** Illius est paulus roma ad cesarem: attititque seito et agrippe. **Seq.** tur. Continget autem vobis in testimonium. **GRECVS.** In martyriū. i. in martyrii gloriā. **GRE.** in home. Uel i testimonium videlicet eorum quia vos persequendo mortem fecerunt: aut videndo non imitantur: ut inde peruersi sine excusatione pereant. vnde electi exempli capiunt ut viuāt: sed auditis tot terroribus turbari poterāt auditorum corda. vnde ad eorum consolationem subdit: **Ponite ergo in cordibus vestris non premeditari quēadmodū respondeatis.** **THEO.** Quia enim idiote erant et imperiti hoc eis dominus dicit: ne conturbarentur redditori sapientibus ratio nē: et causam subdit. **Ego.** n. dabo vobis os et sapientiam cui non poterūt resistere et contradicere oēs aduersarii vestri. q. o. **Statim** a me sortemini faciendā et sapientia: ut nec omnes aduersarii vestri si in vnu conueniant resistere valeant vobis: nec in sapientia. i. vita theozematum nec in eloquentia et sermonis lepore. **Sepe** enim multi sapientia quidē habent in mente: sed cum sint prouocabiles ad turbationē totū confundūt: cū tēpus fuerit proponendi. non aut tales fuerunt apostoli: sed vtrique gratiosi fuerunt. **GRE.** Al si dominus suis dicat: Nolite terri. vos ad certamen acceditis: ego p̄clioz. vos verba editis: sed ego sum qui loquor. **AM.** Alibi autē christus in discipulis alibi pater: alibi spiritus loquitur patris. non discordant ista: sed congruunt. quod vnus loquitur tres loquuntur: quia vox ē vna trinitatis. **THEO.** His autē dicitis: et propulso iperite timore: subdit et aliud quiddā necessarii quod eorum animos poterat commouere: ne subito irruens eos turbaret. **Sequitur** enim: Trademini autē a parentibus et fratribus et cognatis: et morte afficient ex vobis. **GRE.** in home. Plus in nobis ea tormenta sentiunt: que ab illis patimur: de quorum mentibus p̄sumebamus: quia cū domina corporis mala nos cruciant amisse charitatis. **GRE.** ni senus. Consideremus autē statū qui tunc temporis erat oibus suspectis: adinuicem diuidebantur cognationes iniuicē diligere per cultus: et filius gentilis proditor fiebat parentis fidelis: et in filiū qui crediderat: pater in infidelitate obstinat: accusator fiebat. Omnis etas erat exposita persequētibz: fidē: nec mulieribus succurrebat naturalis sex: fragilitas. **THEO.** His autē dicitis et de odio subiungit quod ab omnibus patitur. **Seq.** tur enī: Et eritis odio oibus hominibus p̄pter nomen meū. **GRE.** in home. Sed quia dura sūt: que predicuntur de afflictione mortis: proutis consolatio subditur de gaudio resurrectionis cum dicitur: Et capillus de capite vestro non peribit. q. o. martyribus suis: Cur timens ne pereat qd incisum dolet: qn et illud in vobis p̄ire nō pōt: quod incisum non dolet. **BEDA.** Uel aliter: Capillus de capite discipulorum domini non peribit: quia non solū fortia facta vel dicta sancto: sed et tenuissima cogitatio digna mercede donabitur. **GRE.** v. moza. Qui autē patientia in aduersis tenet: inde contra aduersa omnia fortis efficitur. vñ si bi et seipsum vincendo dominat. vnde sequitur: In patientia possi. ani. vestras. Quid enim ē animas possidere: nisi perfecte in omnibus viuere: cunctisqz mentis motibus quasi ex arce virtutis dominari. **GRE.** in home. Per patientia igitur aīas nostras possidem: quia dū nobismetipsos dñari discim: hoc ipsum incipimus possidere qd sumus. **Ite** autē possessio anime in virtute patientie ponitur: quia radix omnium virtutum patientia est. Patientia vero est aliena mala equanimiter perpeti: contra eū quoque qui mala irrogat nullo dolore morderi.

Cum autem videritis circūdari ab exercitu hierusalem: tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. Tūc qui in iudea sunt fugiant in montes

et qui in medio eius sunt discedant: et qui in regionibus non intrent in eam: quia dies ultionis hi sunt ut impleantur oīa que scripta sunt. **Ueb** autē pregnantibus et nutrientibus in illis diebus. **Erit.** n. pressura magna super terram: et ira populo huic. Et cadent in ore gladij: et captiui ducentur in oēs gentes. Et hierusalem calcabitur a gentibus do nec impleantur tempora nationum.

BEDA. hactenus ea q̄ per. xl. annos: necdū fine adueniente futura erant dicta sunt: hinc ipse finis desolationis que a romano exercitu facta est domini verbis exponit cū dicit: Cum autē videritis circūdari ab exercitu hierusalem: tunc scitote: quia appropinquauit desolatio eius. **EVSE.** Desolatione hierusalem vocat non amplius ea a suis nec finitū legalē constitui: ita q̄ nullus expectet post futurā obsidionē aliā innouationē fieri: sicut accidit tēpore regis persarū: et illustris antiochi: et iterū tempore pompeii. **AVG.** ad hesitiū: Hec autē dñi verba ideo lucas hoc loco commemorauit: ut ostendat tunc factā fuisse abominationē desolationis que a dāiele predicta ē: de qua mattheus et marcus locuti sunt quando expugnata est hierusalem. **AM.** Iudei enim putauerunt abominationē desolationis tunc factāz eo q̄ caput porci in tēplo iecerant: illudē tes romani iudaice ritū obseruantie. **EVSE.** Dominus autē futuram in ciuitatē p̄uidens famē: monebat discipulos ne in futura obsidione in ciuitatē confugerent: tanq̄ ad locū tutū: et a deo protectū: sed magis inde discederent: et ad montes confugerent. vnde sequit. Tunc qui in iudea sunt: fugiant in montes. **BEDA.** Ecclesiastica narrat historia: cunctos qui in iudea erant christianos imminēte hierosolymorum excidio commotos a dño loco discesse: et trans iordanē habitasse in ciuitate quadā pella nomine: donec desolatio iudee cōpleret. **AVG.** ad hesitiū: **P̄** hoc autē mattheus et marcus dixerūt: Et qui supra tectū ē: nō descendat in domū. addidit autē: Nec introeat: ut tollat aliquid de domo. **P̄** quo lucas subdit: Et qui in medio eius sunt discedāt. **BEDA.** Sed quomodo ab exercitu ciuitate iā circūdata qui in medio eius sunt discedēt. nisi forte qd p̄misit tunc: nō ad ipsum tempus obsidionis referat: sed ad proximū ante obsidionē tēpus: cum se primū miles romanus per galilee vel samarie fines cepit disfundere. **AVG.** ad hesitiū: **P̄** o co autē q̄ mattheus et marcus posuerunt: Et qui in agro erit: nō reuertat retro tollere vestimentū suū. aperaus iste subdit: Et qui in regionibus nō intrent in eā: quia dies ultionis hi sunt: ut impleant oīa que scripta sunt. **BEDA.** Dies autē ultionis hi sunt: dies videlicet dñici sanguinis ultionē petentes. **AVG.** ad hesitiū: Deinde similiter lucas p̄sequit sicut et aliq̄ duo. **Ueb** autē pregnantibus et nutrientibus in illis diebus. Et sic ergo lucas patefacit qd poterat esse incertū. scilicet id quod dicitur ē de abominatione desolationis: non ad seculi finem sed ad expugnationē hierusalem pertinere. **BEDA.** dicit ergo: **Ueb** pregnantibus: p̄nte captiuitate: Et nutrientibus si ue māmantibus: ut quidā interpretantur: quarū vel vterū vel manus filiorū sarcina p̄grauare: fuge necessitate nō minimū impediunt. **THEO.** Quidā vero dicunt dñm p̄ hoc significare filiorum eius: quoniam et iosephus narrat **CHRY.** Deinde predicto assignat causā dicens: **Erit** enim pressura magna super terrā: et ira populo huic. **Talia** enim mala eos occupauerunt: ut nulla deinceps erūna possit eorum calamitatibus adequari: ut iosephus narrauit. **EVSE.** Qualiter. scilicet aduenientibus romanis et urbem capientibus: multe caterue iudaici populi in ore gladij pere. vnde sequitur: Et cadent in ore gladij. Sed et plures necati sunt fame. Hec vero accidebant. primo quidē sub tyto et vespasiano: post hos autē tempore hadriani principis romano: quando natale solum iudeis inaccessibi

le ē factū. vnde sequitur: Et captiui ducentur in omnes gētes. Totū. n. orbē iudei repleuerunt: et vsq; ad fines terre peruenierunt. et cū eorū terra ab alienigenis inhabitet: solis ipsis ē inaccessibilis facta. vñ sequit: Et hierusalē calcabit a gentibus: donec impleantur tempora nationum. **BEDA.** Que. s. apostolus cōmēmorat dicens: Lectitas ex parte facta ē in isrl: et sic oīs israhel saluus fiet. Qui cum promissa salute fuerit potius ad patriū solū rediturus non temere speratur. **AM.** Mystice aut abominatio de solationis aduentū antichristi ē eo q; sacrilegiū in faustis mentū interiora contaminet: sedens iuxta historiā in tēplo: vt sibi vendicat diuine solū potestatis. Juxta interptationē aut spiritalē pulchre inducitur: eo q; in affectibus singulorū vestigiū perfidie sue cōfirmare desideret: et scripturis disputans se cō christū: tunc appropinquabit desolatio: qm̄ a vera religiōe pleriq; lapsi desiluerunt: tūc erit oīs dies qm̄ sicut p̄m̄ aduentū dñi fuit propter redimēda peccata: ita et secundus erit propter rep̄menda delicta: ne plures perfidie errore labant. Est et alius antichristus. i. diabolus: qui hierusalē. i. animā pacificā obsidere nitatur sue legis exercitu. Ergo quādo in medio tēpli est diabolus desolatio abominationis ē. Cū aut vnicuiq; laboranti christi p̄ntia spiritalis illuxerit: tollitur iniquus ex medio et incipit regnare iusticia. Est et tertius antichristus: vt arrius et sabellius: et oēs qui nos praua intentione seducunt. De aut sunt pregnantēs quibus ve dicūt: que ad ruinā sue carnis extendūt: et quib; intimorum gressus pigrescat animorū et effete virtutū: fetesq; vitiorū. Sed nec ille pregnantēs cōdēnationis exortes sunt: que in bonorū actū molimine constituit: necdū aliquos suscepti operis dedere processus. Sunt que del timore cōcipiunt: s; nō oēs pariunt: sunt. n. q; abortiuū excludūt verbū anteq; pariant: sunt et q; in vtero christū habeant: sed nondū forma uerunt: ergo q; parit iustitiā: christū parit. Nos et paruulos nostros ab lactare pperem: ne nos quasi imperfectos parentes: aut iudicij dies aut mortis inueniat. Quod ita fit: si oīa dicta iusticie in corde custodias: nec senectutis tēpus expectes: sed in prima etate sapientia sine corruptela corporis tui cito concipias: cito nutrias. In fine autē iudea omnis a nationib; credituris subijciē in ore gladij spiritalis qui est sermo bis acutus.

Et erunt signa in sole et luna et stellis: et in terris p̄sura gentium pre confusione sonitus maris et fluctuum: arescentibus hominibus pre timore: et expectatione que superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes celorum mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate.

BEDA. Quid impletis nationū tēporib; sequatur: ex ordine manifestat dicens: Erunt signa in sole et luna et stellis. **AM.** Que quidem signa s̄m̄ mattheū euidenter exprimitur: tūc inquit sol obcurabit: et luna nō dabit lumē suū: et stelle cadent de celo. **EVSE.** Tūc enī cū vite corporalis consummatio ageat: et s̄m̄ aplm̄ spēs hui; mūdi transibit: et nouū succedet seculū: in quo vice sensibillium luminariū ipse christus fulgebūt. q. iubar et rex noui seculi: cui erit tanta numinis virtus et gloria: vt sol q; nūc radiat atq; luna et cetera sidera: aduentu maioris luminis occultent. **CHRY.** Sicut enī i hoc seculo luna et sidera mor obfuscatur o: ita sol: sic in gloriosa xpī apparitiōe sol ob tenebescet: et luna nō dabit p̄p̄riū iubar et stelle cadent de celo: p̄re spoliata amictu: vt potioris lucis amictu potiantur. **EVSE.** Que aut eueniet orbi post luminariū obtenebrationē ex quib; fiet angustia gentiū p̄nter exprimitur dicens: Et in ter. p̄ref. gen. p. confu. so. ma. et fluctuū. Ubi videt docere principij trāsmutationis vniuersi futurum: ex defectu substantie būide. Hec enī prima deuorata vel cō-

gelata: vt nō amplius audiat sonitū maris nec contingat arina fluctū ei; causa exuberantis siccitatis cetera mūdi partēs nō amplius obtinentes vaporē solitū emissum ex substantia humida trāsmutationē patientur: et sic cū apparitiō saluatoris cōfutare debeat repugnātia deo prodigia exordij sumēt furoris p̄emia ex siccitatib;: vt nec tempestas nec fremitū maris vltēri audiat. Quo facto sublequet angustia superstitiū hominū. vnde sequit: Arescentibus. i. tabescentibus hominib; p̄re tū. et expe. eoy. s. q. sup. vni. orbi. Que aut tūc ingruūt mūdo: consequēt ostendit subdens: Nam virtutes celoz mouebuntur. **THEO.** vel aliter. Cū alterabit superior orbis: et elementa inferiora merito patiētur iacturā. vñ sequitur: Et in terris p̄sura gentiū pre confusione sonitus maris et fluctuū. q. d. Mare terribiliter fremet: et litus maris agitabit et pestet: ita vt sit populo terre p̄sura. i. cois miseria: vt tabescat timore et expectatione malorū inuictū mūdo. vnde sequitur: Arescentibus hominib; p̄re timore et expectatione que superuenient vniuerso orbi. **AVG.** ad hebr. Sed dices: Quis iteri vos pena vestra copellit adesse tā finem: dum ipse quod p̄nūciatū ē. Nulla enim patriā nullū locū nostrū tēporib; nō affligi aut tribulari certū est. Sed si ista mala q; nūc patiē gen; humanū certa sunt indicia tā dominiū eē venturū: qd ē quod dicit apostolus: Cū dixerint: pax et securitas. Uideam; ergo ne forte melius intelligat non cōmodo impleri q; predicta sunt his verbis: sed tūc potius eē ventura quādo sic erit tribulatio vniuerso orbi: vt ad ecclesiā perueniat q; vniuerso orbe tribulabit: nō ad eos q; tribulabit eā. ipsi enim sunt dicturi: Pax et securitas. Nūc aut ista mala q; tanq; summa extremaq; creduntur vtriq; regno: christi. i. et diaboli videmus eē cois. Parit q̄ppe his boni affliguntur et mali: interq; tā mala adhibe vix quāq; frequentant luxuriosa conuiuia. Hoc enī ē are scire p̄ timore: an potius inardescere p̄ libidine. **THE.** Nō solū aut mortales fluctuabit cū alterabit mundus: s; et angeli suspēbūt in tā terribilib; motuōib; vniuersi. vñ sequit: Nam virtutes celoz mouebuntur. **GRE.** in bone. Quid enim virtutes celoz: nisi angelos: dominationes et principat; et potestates appellat: q; in aduentu districte iudicis: nostris tūc oculis visibilib; apparebūt: vt ostendit tūc a nobis exigant hoc quod nos mō inuisibilib; cōdito: equanimitē portat. **EVSE.** Cū ē dei fili; sit venturus in gloria: et confutatur etatā tyrannidē sūp peccatū minitranib; angelis celi foras a seculo clausē patebunt: vt spectentur excelsa. **CHRY.** Uel virtutes celice mouebuntur: quāntis sibi concie non sint. videntes. n. infinitas multitudines cōdēnari: nō intrepide stabūt illic. **BE.** **DA.** Et in iob dicit: Solūne celi contremescit: et pauent ad nutū ei;. Quid ergo faciāt tabule qm̄ tremūt columne. qd virgula deserti patit: cum cedrus paradisi cōcutitur. **EVSE.** Uel virtutes celoz sunt q; p̄sunt sensibilibus p̄bus vniuersi: que quidem tūc mouebuntur vt potiorē statū attingant. Absoluentur enim in seculo nouo a ministerio: quo deo seruiūt circa sensibilia corpora s̄m̄ cōmptionis statū. **AVG.** ad hebr. Sed ne dñs propinquate secundo aduentu suo: ea pro magno p̄dixisse videat que hūc mūdo etiā ante p̄m̄m eius aduentum fieri cōsueuerāt: et videamur ab eis qui plura in historia gentium et maiora legerūt. Hec que dicta sunt melius in ecclesia existimo intelligi. Ecclesia. n. ē sol et luna et stelle: cui dicitur ē: Pulchra vt luna: electa vt sol. que tūc non apparebūt p̄secutoribus vltia modū seuiētiū. **AM.** Plurimū ē a religione deficientibus clara fides obfcurabitur nube perfidie: qz sol celestis in fide in ea minuit vel augetur: sicut menitruis. i. mēsiū defectib; luna vel terre opposita cū fuerit ex regione solis vāescit: sic et sancta ecclesia cū lumini celesti vitia carnis obfistat: fulgo: ē diuini luminis de christi radig; nō pōt mutari. nā in p̄fectionib; lucē diuini solis pleriq; amor vite huius excludit. Cadūt et stelle

stelle. i. gloria micantis viri si persecutionis acerbitas co-
ualescat: que oportet fieri donec ecclesie multitudo cumu-
letur. sic. n. probant boni: sic produntur infirmi. **AVG.**
ad hesitum. Quod aut dicitur: Et in terris pressura gentium
voluit intelligi: non que in semine abrahe benedicen-
tur: sed que ad sinistra stabunt. **AM.** Ergo varij animorum
estus ita graues erunt: ut delecto in multitudine male con-
scios futuri iudicij metu sacris nobis ros fontis arescat.
Quodammodo autem domini expectat aduentum: ut ei presentia ito-
to fiat vel hominis orbe vel mundi: que sit in singulis cum
omnibus affectibus: receperis christum: sic virtutes celorum i
aduentu domini augmentum gratie consequentur: plenitudine di-
uinitatis propius se infundente mouebuntur. Sunt etiam
virtutes celorum: que enarrant gloriam dei quod plenior christi
infusione mouebuntur: ut videant christum. **AVG.** ad hesitum
unum. Vel virtutes celorum mouebuntur: quia impius persecuti-
bus quidam fideles fortissimi turbabuntur. Sequitur: Et
tunc videbitur filium hominis. **THEO.** Ita fideles qui infide-
les. Radiabit. n. amplius sole: ita ipse qui cruci et: vni ab om-
nibus cognoscent. **AVG.** Quod aut dicitur: Venientem in nube
duobus modis accipi potest: sive in ecclesia sua tanquam in nube
venientem: sicut nunc venire non cessat: sed ita tunc cum potestate ma-
gna et maiestate: quia maior maiestas et potestas illius ap-
parebit sanctis quibus magna virtute dabitur tanta perse-
cutione vincant: sive in corpore suo in quo sedet ad dexteram
patris: merito credendum est non solum in eodem corpore:
verum et in nube venturum: quoniam sic veniet sicut abijt: nubes autem
suscepit cum ab oculis eorum. **CHRY.** Semper. n. deus in nube
apparet: sicut illud: Nubes et caligo in circuitu eius. vni et
filius hominis in nubibus veniet: ut deus et dominus: non latenter sed
in gloria digna deo. Et ideo subdit: Cum potestate magna et
maiestate. **CIRYL.** Intelligendum est similiter magna. Pri-
ma enim apparitione persecutus est cum infirmitate et humilitate
nostra: sed secunda celebrabit cum propria potestate et magna
maiestate. **GRE.** in home. In potestate enim maiestate
visuri sunt: que in humilitate positi audire noluerunt ut
virtute eius tanto tunc districti sentiant: quanto cervicem cor-
dis ad eius patientiam non inclinant.

Ubi autem fieri incipientibus respicite et leuate
capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra.
Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam et oves
arbores: cum producant iam ex se fructum: scitis quoniam
am prope est estas. ita et vos cum videritis hec fieri
scitote quia prope est regnum dei. Amen dico vobis
quoniam non preteribit generatio hec donec omnia fiant.
Celum et terra transibunt: verba autem mea non transient.

GRE. in home. Quia premissa contra reprobos dicta
sunt: mox ad electorum consolationem verba videntur. Nam
subditur: his autem fieri incipientibus: respicite et leuate ca-
pita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Ac si dicat: Cum plaga
mundi crebrescent: leuate capita. i. ex hilarate corda: quia
domini finis mundus: cui amici non estis prope sit redemptio
quam quesistis. In scriptura enim sacra sepe caput pro mente
ponitur: quia sicut capite reguntur membra: ita cogitationes
mente disponuntur. Capita itaque leuare: est mentes nostras
ad gaudia patris celestis erigere. **EVSE.** Vel aliter. Transi-
tis corporum: adierunt intelligibilia celestia. f. regnum
seculi non amplius transiunt: et tunc dignis salubria promissis
tribuentur. unde dicitur: His autem fieri incipientibus respici-
te et leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio
vestra. Acceptis enim dei promissis que speramus erigemur
quante curui fueramus: et eleuabimur capita nostra: humilia
et quondam: eo quod redemptio nostra quam sperabam: adierit: il-
la. f. quam tota creatura expectat. **THEO.** i. perfecta liber-
tas corporis et anime. Sicut enim primum aduentum domini
fuit ad reformationem animarum nostrarum. sic secundus
ad reformationem corporum celebrabitur. **EVSE.** Dicit

autem hec ad discipulos suos: non tanquam ad eos qui dura-
re deberent in vita ista usque ad terminum mundi: sed qua-
si vno corpore existente ipsis et nobis et posteris usque ad
consummationem mundi credituris in christum. **GRE.** in ho.
Quod autem calcari mundus atque despici debeat: prouida co-
paratione manifestat cum subdit: Videte ficulneam et oves
arbores: cum producant ex se fructum: scitis quoniam prope est
estas. ita et vos cum videritis hec fieri: scitote quoniam prope est re-
gnum dei. q. d. Sicut ex fructu arboris vicina estas agno-
scitur: ita ex ruina mundi prope cognoscitur esse regnum dei.
Et ex hoc ostendit quod fructus mundi ruina est. Ad hoc enim
germinat: ut quicunque germine aluit: eladit consumat. Be-
ne autem regnum dei estati comparat: quia tunc meretrix nostri
nebule transeat: et vite dies eterni solis claritate fulgeat.
AM. Mattheus autem de sola dixit ficulnea hic de arbo-
ribus omnibus. Duplice autem habet figuram ficulnea: vel
cum dura mitescent: vel cum peccata luxuriant. Sive ergo cum
fructus omnibus virescit arboribus: et ficulnea secunda iam
floret. i. cum omnis lingua confiteatur deo: confitente etiam po-
pulo iudeorum: sperare domini debemus aduentum quo
tanquam temporibus eternis resurrectionis fructus metentur. Si-
ue cum leue fragile iactantia tanquam folia synagoge homo
iniquitatis induerit: conficere debemus appropinquare
iudicium: nam remunerare fidem domini et delinquendi fi-
nem afferre festinat. **AVG.** ad hesitum. Cum autem dicit: Cum
videritis hec fieri: que intelligere poterimus nisi ea quod su-
pra memorata sunt? In his autem est quod ait: Et tunc vide-
bunt filium hominis venientem. Proinde cum hoc visum fue-
rit: non iam erit regnum dei: sed prope erit. An dicendum est non
omnia quod supra commemorata sunt esse intelligenda verba? aut
cum videritis hec fieri: sed aliquid eorum: hoc. f. excepto quod
dictum est. Et tunc videbunt filium hominis. Sed mattheus ape-
ruit nullis exceptis esse accipiendum dicens: Ita et vos cum
videritis hec omnia. Inter que et quod videbit filius hominis veni-
ens ut intelligat de aduentu quo nunc venit in membris suis
tanquam in nubibus. vel in ecclesia tanquam in nube magna.
TY. Vel aliter dicit: Prope est regnum dei: quia dum hec fiet
non dum ultimum finis rerum eueniet: sed iam in fine tendit. nam
et ipse aduentus domini eliminat omnes principatus et potestatem
preparat regno dei. **EVSE.** Sicut enim in hac vita sol hic
me recedente ac succedente verum radii calidi mittens so-
net ac viuificat humi condita semina exuente priscis figu-
ra: pullulant autem noua varium virore habentia: sic et glo-
rius vniuersum dei aduentus viuificatus radiis illustrans
nouum seculum dudum condita pro totum mundum semina. f. dormi-
tes in puluere terre potioribus corporibus quam prius producit i-
lucet: ac confutata morte regnabit deinceps vita seculi no-
ui. **GRE.** in ho. Omnia autem predicta sub magna certitu-
dine confirmantur: cum subdit: Amen dico vobis quia non
preteribit generatio hec donec omnia fiant. **BED.** Multum co-
medat quod ita pronunciat: Et si dicere fas est iuratio eius: et quod di-
cit: Amen dico vobis: Amen quippe interpretatur verum. Igitur
veritas dicit: Verum dico vobis: quod si non diceret: men-
tiri oino non posset. Generationem autem aut omne genus huma-
num dicit: aut specialiter iudeorum. **EVSE.** Vel generatio
nem dicit nouam generationem ecclesie sancte sue: ostendens du-
raturum populum fidelium usque ad id tempus quo visurus sit
omnia: et euentus verborum saluatoris oculis apprehen-
det. **THEO.** Quia enim turbationes et bella: et alterati-
ones ita elementorum quam ceterarum rerum futurum esse predixerat:
ne quis suspicaretur quod ipsa christianitas futura foret sub
iungit: Celum et terra transibunt: verba autem mea non transient.
q. d. Et si cuncta commoueantur: fides tamen mea non deficiet. Ex
quo innuit ecclesiam preferre toti creature: sed creatura pa-
tienter alterationem: fidelium vero ecclesia et sermones euangelij
permanebunt. **GRE.** in ho. Vel aliter: Celum et terra transi-
bunt et cetera quasi dicat. Omne quod apud nos durabile est
sine mutatione durabile ad eternitatem non est: et omne
quod apud me transire cernitur: fixum et sine transitu tenetur

quia sine mutabilitate manentes sententias exprimit sermo meus qui transiit. **BEDA.** Celum autem quod transiit: non ethereum sive sidereum: sive aereum a quo aues celi nominantur intelligere debemus. Si autem terra transiit: quomodo ecclesiastes dicit: Terra in eternum stat: sed aperta ratione celum et terra per eam quam nunc habet imaginem transiit: attamen per eternitatem sine fine subsistit.

Attendite autem vobis ne forte grauetur corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius vite et superueniat in vos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terre. Vigilate itaque omni tempore orantes: ut digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt: et stare ante filium hominis.

THEO. Posuit supra dominus terribilia et sensibilia malorum indicia: que occupabant peccatores: sed contra hec mala remedium est cautela et oratio. unde dicit: Attende autem vos ne forte grauetur corda vestra in crapula et ebrietate. **BASI.** Singulis animalium a conditore datus deo habet intellectum: causas facientes ad tutelam consistentem proprie. propter quod et Christus nobis dedit hanc mentionem ut quod illis a natura: hec nobis auxilio rationis et cautela contingat. fugientibus quidem peccatis: ut irrationabilia fugiunt mortis terribilia: in quibus tibi: ut iustitia sicut illa herbas nutritivas requirunt: et ideo dicit: Attendite vobis ut scilicet discernere possitis a salubri non cunctis. Sed quoniam dupliciter contingit attendere: huius quidem corporis oculis: illinc vero per intellectum ad virtutem: oculus corporis virtutem non attingit. Restat igitur dictum esse de ope in intellectu: Attendite hoc est videlicet circumspecte vos: pugil habentes ad vestram custodiam animam. Neque autem dicit: Attendite vestris aut eis que circa vos sunt: sed vobis: vos enim estis intellectus et anima: vestrum autem corpus est sensus: circa vos autem opes artes et reliqua vite suppellex: quibus non monet attendere: sed anima cuius precipua cura habenda. Eadem vero admonitio egrotantes sanat: et sanos perficit: suatores patitur: pulsores futuroz: non alienorum censores: sed suos scrutatores: non dimittentes intellectum suum fieri passioni: sed irrationale animam subiacentes rationali. Cur autem sit attendendum subiungit dicens: Ne forte grauetur corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius vite. **TY.** quod dicitur. Latere ne lumina mentis vestre grauentur. Cura namque patitur vite et crapula et ebrietate fugat prudentiam: quassant fidem: operant naufragia. **BASI.** Est autem ebrietate nimirum visus vini: crapula vero anxietas et nausea que est in ebrietate: a motione capitis greco vocabulo dicta. Sicut igitur cibis ut non esuriam: sic et potibus ne sitim patiamur: videlicet vitando diligenter lapsus. Fallax enim est vini igitur: anima autem vino libera prudentissima erit: et optima sive humecta vini vaporibus quasi quadam nube velat. Curiositas autem huius vite quamvis nihil inhibitorum continere videat: si tamen ad cultum diuinum non coadiuvet: vitanda est: quare hoc dixerit ostendit sub dicens: Et superius in vos rependit illa. **THEO.** Non enim cum de liberatione venit dies illa: sed ex ipso initio et furtim capiens tanquam laqueus non cauētes. unde sequitur: Tanquam laqueus in omni quod seculum facit in omni terra. Quod diligenter discuti potest. Capiet enim dies illa sedentes in superficie terre quasi inpremeditados et inertes. Quotquot vero sunt solertes et agiles ad bonum: non sedentes et ociosos in terrenis: sed surgentes ab eis sibi dicentes: Surge vade: quoniam non est hic tibi requies: talibus non est illa dies ut laqueus et discriminis: sed ut dies festinus. **EVSE.** Predicta igitur docuit esse attendenda ad cauendam grauedinem in depauperantem. unde sequitur: Vigilate ita omni tempore: orate. ut diligenter habeat ista omnia que futura sunt. **THEO.** scilicet fame pestis: et cetera huiusmodi que ipsa aliter decens et alius imminet: et ea que postmodum accidunt eis perenniter. Illa namque aliter cape non possumus nisi per vigilas et orationes. **AVG.** de consensu euangelistarum. hec intelligit illa fuga quam mattheus commemorat: quod non debet fieri in hyeme vel sabbato. Ad hyemem

pertinet cure huius vite: que tristes sunt velut hyems. Ad sabbatum vero crapula et ebrietate: que carnali leticia luxuriaque cor submergit atque obruit: quod malum sabbati nomine significatur: quod illo die iudei delictis affluunt: dum spiritale sabbatum ignorat. **THEO.** Et quod christianum docet non solum fugere mala: sed etiam nunc ad gloriam exequenda subdit: Et stare ante filium hominis. Hec est enim angelica gloria stare ante filium hominis deum nostrum: et faciem eius iugiter cernere. **BEDA.** Et certe si quis sapiens medicus precepere: attendere a succo alicuius herbe: ne repentinus interitus superueniat: magno studio medici mandata seruare: nunc autem saluatore admonente ebrietate et crapulam: et curas seculi esse cauendas: his sauciari et cōsumi non timeant: quia fidem quam medici dictis prebent: domini verba prebere continent.

Erat autem diebus docens in templo: noctibus vero extrens morabatur in monte qui vocatur oliueti. Et omnis populus manebat ad eum in templo audire eum.

BEDA. Que verbis preceperat dominus suis confirmat exemplis: nam qui nos ante iudicium aduentum et incrementum singulorum exitum ad vigilandum hortatus est: et ostendit: et ipse imminente tempore passionis sue doctrine vigilas et precibus instat. unde dicitur: Erat autem diebus docens in templo. In quo suo exemplo insinuat hoc esse dignum deo vigilare. vel dicto vel facto priorum viam veritatis ostendere. **CIRYL.** Que autem erat que docebat: nisi transcendit cultum legis: instat enim tempus quod debebat umbra in veritatem transfigurari. **THEO.** Tunc autem evangeliste plerique documentum ebrietatis quod cum patris tunc fere predicauerunt: documenta eius que conseripserunt: docet aliquis vix ad vnius diei sermones sufficere. Et pluribus ergo pauca describit: docerunt nobis quodam gustu dulcedinis doctrine ipsius. Ostendit autem nobis dominus quod oporteat noctu et quiete alloqui deus: et in die proficere hominibus: et colligere quidem in nocte distribuere vero collecta in die. unde subditur: Noctibus vero extrens morabatur in monte qui vocatur oliueti. Non quasi opus habens oratione: sed ad exemplum dandum hoc egit. **CIRYL.** Quia vero eloquium eius in potestate erat: et potentate transiebat in spiritalem cultum que per moysen et prophetas tradita fuerant in figuris: populus eum audient audiebat. unde sequitur: Et omnis populus manebat. scilicet mane venire accelerabat ad eum in templo audire eum. Populo autem ante lucanum venientem eum congruum erat dicere: Deus deus meus: ad te de te de te vigilo. **BEDA.** Mystice autem et nos cum inter prospera sobrie et pie et iuste conuersamur: diebus in templo docemus: quia formam boni operis fidelibus prebentes: noctibus vero in monte oliueti moramur: quia in te nebris angustiarum spiritali consolatione respiramus: et ad nos quoque populus manebat: cum vel disculis ope ribus tenebrarum: vel cunctis nebulis preflurarum nos imitantur.

CA. XXII. Proproinquabat autem dies festus azimorum qui dicitur pascha: et querebant principes sacerdotum et scribe quomodo iesum interficerent: timebant vero plebem.

CHRY. Umbra nostrorum fuerunt festa iudaica: id est qui uenerit a iudeo de pascha et azimis: nil magis proferet: commemorans liberationem ab egypto. Siquis autem a me quesierit: non audiet egyptum nec pharaonem sed absolutionem erroris et tenebrarum diaboli: non per moysen sed per filium dei. **GLO.** Ad cuius passionem enarranda accedens euangelista premittit de figura dicens: Proproinquabat autem dies festus azimorum qui dicitur pascha. **BEDA.**